Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Aliud ē enim quod uiret. & aliud quod rubet. Sed
hoc tamen ñ duo sed unus. quia unus homo & ds
ex duabus constat naturis. Perfectus enim ds. pfec
tus ē & homo. & ideo qd in eo uiret potentiae quod
rubet misericordiae. quia ex eo qd uiret nos crea
uit. ex eo quod rubet nos redemit. Possum & p
hos lapides ecclam intelligere. quae uirore iaspidis
habet in contemplatione di manens. atq; ideo ia
hui mundi p nichilo pspera deputat. diu pascuis
aeternae uiriditatis inhaerent. Cui in canticis cantic
orū dicit. Quae habitas in hortis amici ausculta.
fac me audire uocē tuā. Habet quoq; & sardiū.
qui lapis rubrū ut diximus habet colorē. quo
electi ne diuina extollant uisione. fragilitate
humanitatis monent. Vnde daniel uel ezechi
el diuina mysteria conuiuentib angelis
dicit. filii hominis. ac si eis diceret. Et si cla
ritatem supnae grae aspicitis. tamen memo
res estote quia homines estis. & de progenie pe
catoris hominis descendistis. ideoq; ex humana
infirmitate rubra terra estis. Et iris erat in circu
itu sedis. similis uisioni smaragdine. Iris grece
latine dicit arcus. Arcus autē in die pluuiae parae.
& est signū propiciationis. dicente dno tempo
re diluuii ad noe. Ponā arcū meū in nubibus. & re
cordabor federis mei. Quid itaq; p arcū debemus
intelligere. nisi dnm nrm ihm xpm. Quod cer
te si sollerter inspicit. effectus ipsius irin indica
re uidetur. Iam ingreditur radius solis nube